

RAYMOND J. LOENERTZ O. P., *Iacobi Praedicatoris ad Andronicum Palaeologum maiorem epistula*, in «Archivum Fratrum Praedicatorum» (ISSN 0391-7320), 29, (1959), pp. 73-88.

Url: <https://heyjoe.fbk.eu/index.php/afp>

Questo articolo è stato digitalizzato della Biblioteca Fondazione Bruno Kessler, in collaborazione con l'Institutum Historicum Ordinis Praedicatorum all'interno del portale [HeyJoe](#) - *History, Religion and Philosophy Journals Online Access*. HeyJoe è un progetto di digitalizzazione di riviste storiche, delle discipline filosofico-religiose e affini per le quali non esiste una versione elettronica.

This article was digitized by the Bruno Kessler Foundation Library in collaboration with the Institutum Historicum Ordinis Praedicatorum as part of the [HeyJoe](#) portal - *History, Religion, and Philosophy Journals Online Access*. HeyJoe is a project dedicated to digitizing historical journals in the fields of philosophy, religion, and related disciplines for which no electronic version exists.



Nota copyright

Tutto il materiale contenuto nel sito [HeyJoe](#), compreso il presente PDF, è rilasciato sotto licenza [Creative Commons](#) [Attribuzione-Non commerciale-Non opere derivate 4.0 Internazionale](#). Pertanto è possibile liberamente scaricare, stampare, fotocopiare e distribuire questo articolo e gli altri presenti nel sito, purché si attribuisca in maniera corretta la paternità dell'opera, non la si utilizzi per fini commerciali e non la si trasformi o modifichi.

Copyright notice

All materials on the [HeyJoe](#) website, including the present PDF file, are made available under a [Creative Commons](#) [Attribution-NonCommercial-NoDerivatives 4.0 International License](#). You are free to download, print, copy, and share this file and any other on this website, as long as you give appropriate credit. You may not use this material for commercial purposes. If you remix, transform, or build upon the material, you may not distribute the modified material.



IACOBI PRAEDICATORIS
AD ANDRONICUM PALAEOLOGUM MAIOREM EPISTULA

EDIDIT

RAYMUNDUS - J. LOENERTZ O. P.

1. *De codice Sinaitico 1706, in quo servatur epistula*

Opusculum Graecum fratris Iacobi Ordinis Praedicatorum, quod hic primum publici iuris fit, latebat in codice 1706 venerabilis monasterii Sanctae Catharinae virginis et martyris in monte Sinai. Non vidi librum, neque spem videndi habeo. Dicam itaque quae de eo tradit catalogus typis vulgatus¹. Est chartaceus, et constat foliis 188. Foliorum ultimorum, inde a 167^v, imagines sub oculis habeo². Si catalogo fides, codex totus exaratus est a duobus librariis, verum, non saeculo XVI p. Ch. n., ut vult catalogus, saltem quoad ultima viginti duo folia, quippe quae procul dubio primis decenniis saeculi XIV scripta sunt. Si genus scriptorum quae codex continet respicis, tribus partibus constat. Prima est corpus quoddam tractatum de rebus inter ecclesias Graecam et Latinam controversis (f. 1-167^v), auctoribus Basilio Achridensi et Niceta Maroniensi, Thessalonicae, atque Theophylacto, Primae Iustinianae et totius Bulgariae, archiepiscopis, Euthymio Zigabeno, Niceta Seida, Georgio nescio quo diacono, Niceta Stethato, duobus anonymis. Sequitur (f. 167^v-169^v) Vita compendiosa beati viri Donalè, qui et Stephanus monachus³. Tertiam partem codicis efficiunt epistulae duae

¹ V. B. Beneševic, Opisanie grečeskich rukopisej monastyrja svjatoj Ekateriny na Sinae, t. I, Sankt Peterburg 1911, p. 372-377 n. 521. Codicem indicavit mihi A. R. P. Vitalianus Laurent A. A., cui plurimas gratias dico.

² Imagines habui mutuo ab « Institut de recherche et d'histoire des textes » Lutetiae Parisiorum.

³ Donaletus, cuius vita Synaxario Constantinopolitano ad diem decembris xvii inserta est, genere Hispanus, insulae Niverti seu Phertae (??) prope Gades dominus, uxore et liberis relictis Romam petivit, sedente Agapeto papa II (946-956), dominante in Urbe Alberico principe, ibique a summo pontifice monasticum habitum suscepit. Constantinopolim venit imperantibus in communi Constantino VII et Romano II Porphyrogenitis (948-959). Inde in Palaestinam profectus est, sedente Hierosolymis

ad Imperatorem Caesarem Andronicum Palaeologum Augustum datae, auctoribus fratre Simone O. P., Constantinopolitano (f. 170-182^v) et fratre Iacobo, eiusdem Ordinis alumno (f. 182^v-188).

2. *De Andronico Palaeologo, ad quem epistula*

Epistula fratris Iacobi est inscripta domno Andronico Comneno Angelo Ducae Palaeologo, Romanorum imperatori. Huius nominis duo principes fuerunt, aetate proximi, maior et minor, avus et nepos, in serie imperatorum recensiti ut Andronicus II et Andronicus III. Ille cui noster scripsit maior fuit, ut deducitur ex dictis a Iacobo in epistulae fine. Hortatur enim principem ut, *patrem imitatus*, populum sibi subditum, per aspera devium, ad salutem aeternam dirigat, id est ad unitatem Romanae reducat ecclesiae, ut fecerat Michael VIII Palaeologus, Andronici maioris pater, post concilium oecumenicum Lugdunense, anno p. Ch. n. 1274. Cum itaque Andronicus maior imperaverit a die 11 mensis decembris anni 1282 ad diem 24 mensis maii anni 1328, quo die a nepote throno pulsus monachum induit, epistula fratris Iacobi inter annos 1283 et 1328 conscripta est. Temporis spatium arctius determinari potest ex his quae per ipsam epistulam innotescunt de scriptore, fratre Iacobo, quaeque aliunde novimus de Societate Fratrum Peregrinantium, cuius et sodalis et praeses fuit.

3. *De Societate fratrum Ordinis Praedicatorum Peregrinantium inter gentes propter Christum*

Saeculo p. Ch. n. xiv incipiente fratres Ordinis Praedicatorum, qui per Orientem christianis Latinis spiritualia ministrabant, sed et Orientales dissidentes pro viribus ecclesiae Romanae conciliabant, regiminis causa in unum corpus redacti sunt, Societas seu Congregatio fratrum peregrinantium propter Christum inter gentes nuncupatum⁴. Praeerat, non, ut alibi, prior provincialis a fratribus electus, sed vicarius generalis, ab ordinis magistro deputatus, cuius vice et auctoritate suos regebat. Caput congregationis et sedes regiminis erat coenobium anno 1299 a fratre Guillelmo Bernardi Calliacensi conditum prope Constantino-

Christodulo patriarcha (cuius pontificatus tempus accurate statui nequit). In Aegyptum transiturus, Tiberiade a Saracenis carceri mancipatur, in quo multa passus diem supremum obiit.

⁴ R. Loenertz O. P., *La Société des Frères Pérégrinants*, Romae 1937, p. 1-21.

polim, Pera, i. e. ultra (sinum scilicet Chrysoceraticum), in colonia Genuensium⁵. Cuius animi fratres tam istius coenobii quam totius societatis fuerint praeclare manifestat Bernardus Guidonis, qui de fratre Guillelmo haec narrat: «... transivit in villam que vocatur Pera, ubi similiter locum habuit ad habitandum cum fratribus xii conventualiter, verbum Domini predicans et *disputans* contra errores Graecorum». Qui frater Guillelmus, eodem Bernardo teste, « profecit in lingua greca, ita quod eam plene scivit et libros latinos fratris Thome in grecam transtulit »⁶. Toti Societati primus praefuit frater Francus Perusinus, qui anno 1298 Caffae (i. e. Theodosiae) in Chersoneso Taurica, in colonia Genuensium, coenobium sui Ordinis condidit, et anno 1318, ad Sultaniensem in Perside recens conditam metropolim promotus, vicariatium dimisit. Quis ab anno 1318 ad annum 1325 congregationem rexit, nos latet. Fortasse, ut videbimus, saltem per aliquot spatium temporis, frater Iacobus, scriptor epistolae nostrae. Anno 1325 vicarii munere fungebatur frater Ioannes Coranus, ad annum, ut veri simile est, 1329, quo et ipse archiepiscopus Sultaniensis creatus est⁷. Peregrinantium itaque congregationi ascriptus frater Iacobus, eiusdem regimini praesidebat quo tempore ad Andronicum Augustum epistolam dirigebat de qua tractamus, ut ex eius inscriptione procul dubio constat.

4. De scriptore, tempore, partibus epistolae

De scriptore epistolae nihil novimus praeter ea — et sunt perpauca — quae ipse de se tradit in eadem. Erat igitur frater Iacobus alumnus τῆς τάξεως τῶν ἀδελφῶν τῶν Κηρύκων, i. e. Ordinis Fratrum Praedicatorum⁸. Erat etiam ξένος διὰ Χριστόν, i. e. Peregrinus

⁵ Genuenses, pace cum Venetis facta (Mediolani, 1299. V. 25) coloniam Perensem, ab hostibus flammis deletam (1296. VII. 22), tunc maxime restaurabant; G. I. Bratianu, Recherches sur le commerce génois dans la mer Noire au XIII^e siècle, Paris, 1929, p. 276.

⁶ Arch. FF. Praed. 2 (1932) 66.

⁷ Arch. FF. Praed. 10 (1940) 255 s. — In «La société des Frères Pérégrinants», p. 36, scripsi de fratre Andrea de Tertia: «Il fut un des premiers successeurs de Franco de Pérouse dans la charge de vicaire général, sans qu'il soit possible de préciser la date de son institution». Mirum sane, cum ipse in Arch. FF. Praed. 2 p. 69, typis repetierim, editum iam ante, elogium fratris Andreae ex necrologio Urbevetano, ubi conceptis verbis dicitur, anno 1315 in Orientem profectus, post XVI annos, i. e. anno 1331, vicarius generalis factus esse «super omnes fratres euntes ad nationes».

⁸ Nomen Ordinis Praedicatorum alii, ut noster et Simon Constantinopolitanus

propter Christum. Nomen istud non sensu obvio accipiendum est, ut sit commune, sed sensu proprio, ut designet sodalem supradictae congregationis vel societatis Fratrum Peregrinantium. Evincitur hoc ex verbis quae scriptor addit: ἀνάξιος δοῦλος τῶν ἀδελφῶν ἐκείνων τῶν παροικούντων ἐν τοῖς τοιοῖσδε μέρεσιν, i. e. « Servus indignus fratrum illorum (scilicet Praedicatorum) commorantium in hisce (i. e. Orientis) partibus ». Quid « servus indignus » sit scriptoribus ecclesiasticis Latinis nemo non novit qui vel semel legerit aut audierit illud « servus servorum Dei » in litteris Romanorum pontificum a temporibus Gregorii magni usurpatum. Iacobus noster non tantum sodalis, sed etiam rector Societatis Peregrinantium fuit. Sequitur hinc epistolam scriptam esse post conditam (circa annum 1300) Societatem, sed et post dimissam (non post annum 1318) a fratre Franco Perusino regimen ipsius. Cum autem, ut dictum est, anno 1325 Societati praefuerit Ioannes Coranus, Iacobus eandem rexisse, suamque scripsisse epistolam videtur inter annum 1318 et annum 1325, nisi forte (quod minus credibile est) Ioanni Corano, ante annum 1328 a vicariatu absoluto, Iacobus successerit. — His de scriptore et tempore epistolae dictis iam de ipsa tractandum est. Constat itaque tribus partibus: Inscriptione, epistula proprie dicta, et epilogo cum doxologia. Verum de istis Iacobus suo iure non nisi primam et tertiam sibi vindicare potest. Ipsi epistolae texendae satis impudenter compilavit inclytum sodalem suum Thomam Aquinatem, in Opusculo Contra errores Graecorum. De hoc igitur nunc paucis dicendum est.

5. *De opusculis Nicolai Dyrrhachiensis et Thomae Aquinatis, fontibus remoto et proximo epistolae fratris Iacobi*

Imperante Nicaeae Theodoro II Duca Lascari (1254-58), Romae magister nescio quis Nicolaus, Graecus, Dyrrhachiensis, ex clerico Camerae apostolicae Cotronensis in Bruttio episcopus (1254), Graece et Latine librum condidit, sententiis sanctorum Patrum, praesertim Graecorum, refertum, quibus Latinorum doctrina de processione Spiritus sancti, de Romano primatu, de igne Purgatorio, eorumque ritus in azymis conficiendae eucharistiae, mire tuebantur, aut tutata essent, si allata testimonia non magna ex parte conficta et falsa fuissent⁹. Istius

et Ioannes Cantacuzenus Aug., isto modo Graece vertunt, alii, ut fr. Ioannes de Fontibus O. P. et Demetrius Cydonius, Latine, Graecis elementis exprimunt.

⁹ A. Dondaine, Nicolas de Cotrone et les sources du Contra errores Graecorum

libri exemplum, sine nomine scriptoris, inscriptum « Libellus de fide sanctae Trinitatis », Urbanus papa IV circa annum p. Ch. n. 1263 exhibuit Thomae Aquinati, theologiam tunc legenti sui Ordinis alumnis in eo loco ubi Romana Curia resideret¹⁰. Thomas, qui Libellum iam ante annum 1257 viderat, eundem tunc demum diligentius legit et excussit, eamque nactus occasionem Opusculum conscripsit quod vulgo inscribitur « Contra errores Graecorum ». Verum titulus iste cum scripto angelici doctoris ita male congruit, ut vix aut ne vix quidem ex eius calamo fluxisse videatur. Duobus partibus constat, quarum prima capita 31, altera 38 habet. In prima Thomas, ut eius verbis utamur, sibi proposuit « ea quae dubia esse videntur in auctoritatibus praedictis exponere », in secunda « ostendere quomodo ex eis veritas catholicae fidei et doceatur et defendatur ». Et in ista quidem parte, dum astruit ecclesiae Romanae fidem, Graecorum refellit theologiam, ita tamen ut nusquam eos quorum sententiam impugnat expresso nomine denotet, raro tunc exemplo humanitatis in disputando, quae vix consistere possit cum illo bellicoso titulo quem epigoni opusculo praefixerunt. Iacobus itaque noster, ex altera parte opusculi divi Thomae capitula sex, quorum primum de processione Spiritus sancti, reliqua de Romano primatu agunt, delegit¹¹, eaque Graece, aut a se aut ab alio versa, inscriptione praemissa, in formam epistulae redacta, Andronico Augusto misit, addita in fine brevi exhortatione de reditu ad ecclesiae Romanae unitatem. Nihil horum demonstratione eget; compositis enim Graecis Iacobi Latinisque Thomae verbis manifeste constant cuicumque utriusque linguae non omnino experti.

de Saint Thomas, Divus Thomas (Fribourg) 28 (1950) 313-340. Idem in Arch. FF. Praed. 21 (1951) 348 et 385-87. P. Sambin, Il vescovo Cotroneo Niccolò da Durazzo e un inventario di suoi codici latini e greci. 1276 (Note e discussioni erudite, 3) Roma, 1954.

¹⁰ De itinero Thomae Aquinatis per annos 1259-1268 v. A. Walz, San Tommaso d'Aquino, Roma 1945, p. 99-130.

¹¹ Thomas Aquinas, Opuscula theologica, ed. Raymundus Verardo, t. I, Taurini et Romae 1954; p. 315-346 §§ 1028-1137: Contra errores Graecorum. — Capita selecta a fratre Iacobo sunt alterius partis 31-36 §§ 1118-1125. — In Appendice editionis Verardianae, p. 347-413, peropportune typis repetitus est Libellus de fide S. Trinitatis, editus in P. A. Uccelli, S. Thomae Aquinatis In Isaiam prophetam, In tres psalmos David, In Boethium de Trinitate et de Hebdomadibus, Romae 1880, p. 359-442.

6. *De ratione edendi*

Pretium epistolae fratris Iacobi totum est in eo quod exemplum praebet versionis e Latino in Graecum factae, non a viro Graeco Latinam linguam callente, ut fuerunt Maximus Planudes¹², Demetrius Cydonius¹³ Emmanuel Calecas¹⁴ sed a Latino, qui emenso iam studiorum curriculo suas litteras Graecis cumulavit. Haec prae oculis habendo paravi editionem epistolae. In superiore parte paginae collocavi Graeca Iacobi. Subieci Latina Thomae, ubicumque Iacobus his fidem servavit. Addita ab isto aut mutata, illis Latinis verbis reddidi quae sub tegumento Graeco clare pellucunt. Quae in Latino <inclusa> sunt, in locis alias ex Latino sumptis, addita scias a Iacobo. Quae iste neglexit, aut fortasse librarius Latinus aut Graecus omisit, [seclusa] sunt. Errores quas Iacobus admisit, sive Thomam male intellexit, sive bene intellectum male transtulit, in notis discussi. Fontes Thomae, aut potius Nicolai Cotronensis, indagare meum non erat. Multa de hac re invenies in editione opusculi Thomae Aquinatis curata a P. Raymundo Verardo, qua usus sum.

¹² Specimen Planudeae versionis, Ciceronis scilicet Somnium Scipionis, edidit M. Gigante in *La Parola del Passato* 13 (1958) 173-194.

¹³ Demetrii Cydonii versionem Librorum in Alcoranum fratris Ricoldi a Monte Crucis Florentini O. P. invenies in *P. G.*, t. 154, col. 1037-1170. Sed cave credas iuxta posita Latina verba esse Ricoldi: sunt enim nova versio Latina e Graeco Cydonii facta.

¹⁴ Boetii Librum de Trinitate, Graece versum ab Emmanuele Caleca O. P. edidit A. Pertusi in *Miscellanea G. Galbiati*, t. III (*Fontes Ambrosiani*, 27) Milano 1951, p. 300-306.

Τῷ ὑπερπανψηλοτάτῳ, τῷ τρισεγγίστῳ βασιλεῖ τῶν Ῥωμαίων, κυρῷ Ἀνδρονίκῳ Κομνηνῷ Ἀγγέλω Δούκῃ τῷ Παλαιολόγῳ, φράρ Ἰάκωβος, τῆς τάξεως τῶν ἀδελφῶν τῶν Κηρύκων, ξένος μὲν διὰ Χριστόν, ἀνάξιος δὲ δοῦλος τῶν ἀδελφῶν ἐκείνων, παροικούντων ἐν τοῖς τοιοῖσδε μέρεσιν ὡς αὐτὸς διὰ τὸν Σωτῆρα ἡμῶν, ἐν τῷ τοιῷδε Θεοῦ τοῦ ἀνάρχου Πατρὸς καὶ τῆς Θεομήτορος τῆς ἀειπαρθένου Υἱῷ, τῷ θεανθρώπῳ Σωτῆρι ἡμῶν, [f. 182^v] ἀεὶ χαίρειν, καὶ κατὰ τῶν ἐχθρῶν τοῦ τιμίου σταυροῦ κραταιῶ χειρὶ τροπαιουχεῖν.

1. Ἐπειδὴ πλειόνων Χριστιανῶν δόξα δοκεῖ εἶναι, ὡς χωρὶς τῆς ὁμολογίας τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως παρὰ τοῦ Υἱοῦ καθάπερ καὶ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐκτὸς τῆς ὑπακοῆς τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας, δύναται ἕκαστος αἰωνίου ζωῆς καὶ δόξης διηκεκοῦς μέτοχος γενέσθαι καὶ κληρονόμος, διὰ τοῦτο, ἵνα μὴ συμβάλῃ τοὺς τοιοῦσδε οὕτω ἐπικινδύνως πλανᾶσθαι, τὰ ἅπερ διὰ τῶν ἁγίων διδασκάλων τῆς τῶν Γραικῶν ἐκκλησίας καὶ τῆς τῶν Ἰταλῶν δοκίμων ἁγίων εἶδρον, τῇ μεγαλειότητι τῆς βασιλείας σου διὰ τῆς παρουσίας ἐπιστολῆς γνωρίσαι ἐσπούδαξα. 2. καὶ ὅτι μὲν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ εἶναι πιστεύειν δεῖ, ἐξ ἀνάγκης πίστεως τε καὶ σωτηριότητος, πρόδηλον ἐξ ὧν ὁ τῶν Ἀλεξανδρέων μέγας

Perquam superexcelsissimo, ter maximo, imperatori Romanorum, domno Andronico Comneno Angelo Ducae Palaeologo, frater Iacobus ordinis fratrum Praedicatorum, peregrinus propter Christum et indignus servus fratrum illorum commorantium in hisce partibus, sicut ipse, propter Salvatorem nostrum, in eodem ingeniti Dei Patris ac Dei genitricis semper Virginis Filio, divino simul et humano Salvatore nostro, semper gaudere et de hostibus pretiosae Crucis potenti manu triumphare.

1. Quia plurimorum Christianorum opinio videtur esse, quod sine confessione processionis sancti Spiritus a Filio sicut ex ipso Patre, et extra oboedientiam Romanae ecclesiae, potest aliquis aeternae vitae et gloriae sempiternae particeps fieri et heres, propterea, ut non contingat tales ita periculose errare, illa quae per sanctos doctores ecclesiae Graecorum, et Itolorum probatos sanctos, inveni, imperiali maiestati tuae per praesentem epistulam notificare studui. 2. Itaque, quod Spiritum sanctum a Patre Filioque esse credere debemus de necessitate fidei et salutis, manifestum est ex his quae <Alexandrinorum magnus> Athanasius in Epistula ad Serapionem <scribens

Inscriptio φράρ: Nota formam Venetam (frare) non Tuscam (frate). ἐχθρῶν: Turci Ottomanī, qui ab anno p. Ch. n. 1301 ad annum 1326, quo Prusam ceperunt Graecorum dominium in Asia minore fere ad nihil reducerunt.

1. ῥσπούδαξα: aoristi forma vulgaris, etiamnum usu non infrequens.

Ἐθανάσιος ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Σεραπίωνα, γράφων ἐκεῖνω λέγει « Ὡς ὁ [f. 183] Ἀπόστολος διορίζεται αἰρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ τὴν πρώτην καὶ δευτέραν νοουθεσίαν παραιτεῖσθαι, καὶ ἦν τινὰς φησὶν ἰδῆς μετὰ Ἡλιοῦ πετᾶσθαι εἰς ἀέρα, καὶ μετὰ τοῦ Πέτρον καὶ Μωσέως ξηρῶ ποδὶ καταπατεῖν θάλασσαν, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁμολογεῖ εἶναι Θεὸν φυσικῶς καὶ ἐκ Θεοῦ τοῦ Υἱοῦ ὑπάρχειν, καθὼς καὶ τὸν Υἱὸν φυσικῶς Θεὸν γεννητὸν οὐσιωδῶς ἐκ Θεοῦ τοῦ Πατρὸς εἶναι, ὡς ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν, τοὺς αὐτοὺς μὴ παραλαμβάνης ». 3. καὶ πάλιν « Τοῖς βλασφήμοις καὶ τοῖς ἀθετοῦσι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Θεὸν εἶναι καὶ ἐκ τῆς φύσεως Θεοῦ τοῦ Υἱοῦ μὴ κοιωνὸς εἶ ». 4. αἰθῆς ὁ μέγας Κύριλλος λέγει ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν Θησαυρῶν « Ἀνάγκη σωτηρίας ἡμετέρας ἐστὶν ὁμολογεῖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ ὑπάρχειν, ὡς ἐξ αὐτῆς κατὰ τὴν φύσιν χρηματίζον. 5. ἔτι ὁ ἅγιος Ἐπιφάνιος ἐν τῷ βιβλίῳ τῷ Περὶ Τριάδος· « Ἐαυτὸν ἀποξενοῖς ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, εἴπερ οὔτε λαμβάνεις ἀπὸ τοῦ [f. 183^o] Πατρὸς τὸν Υἱόν, οὔτε μὴν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λέγεις ». 6. φανερὸν τοιγάρ ἐστι οὐδενὶ τρόπῳ ἀνεκτέοι, οἳ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι ἀπαρνοῦνται. 7. ἐν τούτῳ διορίζεται τὸ πρῶτον ὃ προεθέμεθα ἀποδείξαι.

8. Ὅτι δὲ ὁ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἀρχιερεὺς ἐστὶν οἰκουμενικὸς

illi> dicit: « Iuxta quod mandat Apostolus, *haereticum hominem post primam et secundam correptionem devitare*, etiamsi quos, <dicit>, videris cum Elia volantes per aërem, et cum Petro et Moysae calcantes maria, nisi Spiritum sanctum profiteatur esse Deum naturaliter <et> ex Deo Filio existere, sicut et Filium naturaliter Deum genitum essentialiter ex Deo Patre esse, ut nos profitemur, eos non recipias ». 3. Et iterum: « Blasphemantibus et negantibus Spiritum sanctum Deum esse, et de natura Dei Filii, non communices ». 4. Item <magnus> Cyrillus dicit in libro *Thesaurorum*: « Necessitas salutis nostrae est confiteri Spiritum sanctum de essentia Filii existere, tamquam ex ipso secundum naturam vocatum ». 5. Item <sanctus> Epiphanius in libro *De Trinitate*: « Te ipsum alienas a gratia Dei, cum non recipis a Patre Filium, neque Spiritum sanctum a Patre et Filio dicis ». 6. Patet igitur quod nullo modo sunt tolerandi qui Spiritum sanctum a Filio procedere negant. 7. In hoc terminatur primum quod proposuimus demonstrare.

8. Quod autem antiquae Romae pontifex est universalis pastor fidelium et Christi vicarius, et propterea ei de necessitate oboedire debemus, demon-

3. *κοινωνός εἶ*: leg. *κοινωνός ἦς* aut *κοινωνήσης*.

4. *Χρηματίζον*: verbum *χρηματίζω* Iacobo notum erat ex Novo Testamento (Act. XI 26; Rom. VII 3). Sed difficile dictum est quid in Latino Thomae legerit pro « existentem », aut cur tandem, si hoc ipsum legit, id isto modo verterit.

6. *τοιγάρ ὅτι* (igitur quod) scripsi: *τοιγάρτοι* cod.

ποιμῆν τῶν πιστῶν καὶ τοῦ Χριστοῦ ἀντιπρόσωπος, καὶ διὰ τοῦτο αὐτῷ ἐξ ἀνάγκης ὑπακούειν δεῖ, ἀποδέδεικται τοιοῦτοτρόπως. 9. αὐτὸς γὰρ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς τὴν αὐτοῦ ἐκκλησίαν ἑαυτῷ ἐσημείωσε τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ, ὡς διὰ ἰδίου χαρακτῆρός τε καὶ σφραγίδος, καθὸ διὰ τῶν ἀνωτέρων ἱερῶν χρήσεων δύναται δειχθῆναι. 10. ὡσαύτως καὶ ὁ τοῦ Χριστοῦ βικάριος, ἦγγον ὁ αὐτοῦ ἀντιπρόσωπος, τῷ ἰδίῳ πρωτείῳ καὶ τῇ ἐπιμελείᾳ τὴν ἅπασαν ἐκκλησίαν ὡς πιστὸς διάκονος τῷ Ἰησοῦ Χριστῷ ὑποτασσομένην φυλάττει. 11. τί τὸ λοιπόν; ἀποδεικτέον διὰ ἱερῶν χρήσεων τῶν τῶν Γραικῶν διδασκάλων [f. 184] τὸν ῥηθέντα τοῦ Χριστοῦ βικάριον ἐν πάσῃ τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ πληρεστάτην ἐξουσίαν κατέχειν. 12. ὅτι δὲ ὁ τῶν Ῥωμαίων ἀρχιερεὺς, ὁ διάδοχος Πέτρον καὶ Χριστοῦ βικάριος, ἐστὶ πρῶτος καὶ μέγιστος πάντων τῶν ἐπισκόπων, Κανὼν συνοδικὸς δείκνυσι λέγων « Σεβόμεθα κατὰ τὰς Γραφὰς καὶ τοὺς ὅρους τῶν κανόνων τὸν ἀγιώτατον τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπίσκοπον πρῶτον εἶναι καὶ μέγιστον πάντων τῶν ἐπισκόπων ». 13. τῇ τοιαύτῃ δὲ ἱερᾷ χρήσει συμφωνεῖ ἡ θεία Γραφή, ἥτις μεταξὺ τῶν ἀποστόλων τῷ Πέτρῳ νέμει τὸν πρῶτον τόπον, οὕτως ἐν Ἐδαγγελίοις ὥστε καὶ ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων. 14. ὅθεν φησὶν ὁ Χρυσόστομος, ἐν ταῖς ἰδίαις ταῖς εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον αὐτοῦ ἐξηγήσεσιν, ἐπ' ἐκείνῳ « Προσῆλθον οἱ μαθηταὶ εἰς τὸν Ἰησοῦν, λέγοντες· τίς μείζων ἐστὶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν »; « Τινές » φησι « τῶν ἀνθρώπων σκάνδαλον ἐπελάβοντο, ὅπερ ἐν ἑαυτοῖς κρῆναι ἤδη οὐκ ἔσχυσαν [f. 184^v] καὶ φυσιώσει καρ-

stratur hoc modo. 9. Ipse enim dominus noster Iesus Christus, Dei filius, suam ecclesiam [consecrat et] sibi consignat Spiritu sancto, quasi suo caractere et sigillo, ut ex supra positis sacris auctoritatibus potest ostendi. 10. Et similiter Christi vicarius, qui scilicet eius personam gerit, suo primatu et providentia universam ecclesiam, tanquam fidelis minister Iesu Christo subiectam conservat. 11. Quid restat? Ostendendum est ex sacris auctoritatibus Graecorum doctorum praedictum Christi vicarium in tota ecclesia Christi plenissimam potestatem obtinere. 12. Quod enim Romanus pontifex, successor Petri et Christi vicarius, sit primus et maximus omnium episcoporum Canon concilii expresse ostendit dicens: « Veneramur secundum Scripturas et Canonum definitiones sanctissimum antiquae Romae episcopum primum esse et maximum omnium episcoporum ». 13. Huic autem sacrae auctoritati consonat sacra Scriptura, quae inter apostolos Petro attribuit primum locum tam in Evangeliiis quam et in Actibus apostolorum. 14. Unde dicit Chrysostomus in suis in Matthaei enarrationibus super illud *Accesserunt discipuli ad Iesum dicentes, quis est maior in regno coelorum?* « quidam » dicit

14. εἰς τὸ scripsi: εἰς τὸν cod.

δίας οὐκ ἀνέσχοντο θεωρεῖν τὸν Πέτρον ἑαυτοῖς προηγεῖσθαι τε καὶ προτιμᾶσθαι.

15. Δέδεικται ἀθίς ὡς ὁ αὐτὸς τοῦ Χριστοῦ βικᾶριος ἐν πάσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Χριστοῦ καθολικῆν ἀρχιερωσύνην καὶ ἐξουσίαν κατέχει. 16. ἀναγινώσκεται καίτοι ἐν τῇ οἰκουμενικῇ τῇ τῆς Χαλκηδόνος συνόδῳ ὡς ἡ ἅπασα ἢ αὐτὴ σύνοδος ἐβόησε· « Τῷ ἀγιωτάτῳ πάπῳ Λέοντι, τῷ ἀποστολικῷ καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ, πολλὰ τὰ ἔτη ». 17. καὶ ὁ Χρυσόστομος ἐπὶ τὸν Ματθαῖον « Ὁ κύριος ἡμῶν ὁ υἱὸς Θεοῦ τοῦ Πατρὸς τὴν ἑαυτοῦ ἐξουσίαν τῷ Πέτρῳ ἐν παντὶ κόσμῳ ἐνεχειρίσατο, καὶ ἀνθρώπῳ θνητῷ τότε τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ ἔδωκε, καταστήσας αὐτὸν ἀρχηγὸν καὶ δούς αὐτῶ τὰς κλεῖς, ἵνα τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ πανταχοῦ πλατύνῃ. 18. καὶ ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ, ἐν τῇ πε' ὁμιλίᾳ, ὁ αὐτὸς φάσκει « Εἰ δὲ λέγει τις, πῶς ὁ Ἰάκωβος τὸν θρόνον ἔλαβε τῶν Ἱεροσολύμων, ἐκεῖ [f. 185] νῷ ἂν εἴποιμι ὡς τὸν Ἰάκωβον ἐν τόπῳ τοπικῶς διαῶρισάτο, τὸν δὲ Πέτρον τῆς οἰκουμένης ἐχειροτόνησε ποιμένα τε καὶ διδάσκαλον ». 19. ἔτι ὁ αὐτὸς ἐν ταῖς Πράξεσιν « Ὁ Πέτρος ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ ἐπὶ πάντα τοὺς υἱοὺς φησὶ ἐξουσίαν ἔλαβεν, οὐχ ὡς Μωσῆς εἰς ἓν ἔθνος, ἀλλ' εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ». 20. τὸ αὐτὸ ἐξέλεκται καὶ ἐκ τῶν χρήσεων τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς·

« hominum scandalum conceperunt quod in se occultare iam non poterant, et tumore cordis non sustinebant, in eo quod videbant Petrum sibi praeferrī et praeponderari ».

15. Ostenditur etiam quod praedictus Christi vicarius in tota ecclesia Christi universalem praelationem <et potestatem> obtineat. 16. Legitur enim in Chalcedonensi concilio, quod tota illa synodus clamavit [Leoni papae] « Leo sanctissimus, apostolicus et oecumenicus [id est universalis] patriarcha, per multos annos vivat ». 17. Et Chrysostomus in Matthaem « Dominus noster, filius Dei Patris, quae est ipsius potestatem Petro ubique terrarum concessit et homini mortali tunc ea quae in coelo sunt dedit, constituens eum ducem, dando eidem claves, ad hoc ut ecclesiam Dei ubique terrarum amplificet ». 18. Et in Ioannis Evangelio, Homilia lxxxv, idem dicit: « Et si quis dicit, quomodo Iacobus thronum accepit Hierosolymorum, illi dicam, quod Iacobum localiter in loco terminavit, Petrum autem totius orbis ordinavit pastorem et doctorem ». 19. Item idem in Actibus <Apostolorum>: « Petrus a Filio super omnes qui filii sunt potestatem accepit, non ut Moyses in gentem unam, sed in universum orbem ». 20. Hoc etiam trahitur ex aucto-

15. *πάση* scripsi: *πᾶσι* cod.

17. *ἐνεχειρίσατο* scripsi: *ἀνεχειρίσατο* cod. *τότε* (tunc): pro « omnium », quod habet Thomas, saltem in editis; codex quo Iacobus usus est fortasse habebat « cunc-torum », unde noster fecit « tunc rerum » aut quid simile.

18. *ἐν τῇ πε'* scripsi: *ἐν τῇ ε'* cod. *ἐχειροτόνησε* (ordinavit) scripsi: *ἐνεχειρίσατο* cod.

20. *ἐξέλεκται* (trahitur) scripsi: *ἐξάλλεται* cod.

καὶ γὰρ τῷ Πέτρῳ ἀδιαφόρως τὰ πρόβατα αὐτοῦ ὁ Χριστὸς ἀνέθετο, λέξας ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ « Ποίμαινε τὰ πρόβατά μου », ἵνα, ὡς λέγει ὁ αὐτὸς Χριστὸς, « Ἦι ἐν ποιμνιον καὶ εἰς ποιμήν ».

21. ἔχεται οὐδὲν ἦττον ἐκ τῶν ἱερῶν χρήσεων τῶν προλελεχθέντων διδασκάλων ὡς ὁ Ῥωμαϊκὸς ἀρχιερεὺς ἔχει πλήρωμα ἐξουσίας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. 22. λέγει γὰρ Κύριλλος, ὁ πατριάρχης Ἀλεξανδρείας, ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν Θησαυρῶν, ὅτι « ὡσπερ ὁ Χριστὸς ἔλαβε παρὰ τοῦ Πατρὸς τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ σκῆπτρον τῆς ἐκκλησίας τῶν ἐθνῶν [f. 185^v] ἐκ τοῦ Ἰσραὴλ ἐξερχόμενος ἐπὶ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν, ὅπως αὐτῷ πᾶν γόνυ καμψθῆ, οὕτω καὶ τῷ Πέτρῳ ἐνεχειρίσατο καὶ τοῖς αὐτοῦ διαδόχοις πλήρη ἐξουσίαν ». 23. καὶ παρακατιῶν ὁ αὐτὸς « Οὐδενὶ ἐτέρῳ ἢ μόνῳ τῷ Πέτρῳ ὁ Χριστὸς τὸ πλήρωμα τῆς ἐξουσίας αὐτοῦ ἔδωκε ». 24. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς κάτωθεν τῶν αὐτῶν « Οἱ πόδες Χριστοῦ ἢ ἀνθρωπότης αὐτοῦ ἐστίν, καὶ ὁ αὐτὸς ἀνθρωπος ᾧτινι ὁμοῦ ἢ ὅλη Τριάς πληρεστάτην ἔδωκεν ἐξουσίαν, ὃς εἰς τῆς Τριάδος ὦν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν αὐτοῦ, ἐνώσας ἐαυτῷ ὑποστατικῇ

ritate sacrae Scripturae. nam Petro indistincte oves suas Christus commisit, dicens in Evangelio secundum Ioannem, *pasce oves meas*, ut, sicut idem Christus dicit, *sit unum ovile et unus pastor*.

21. Habetur nihilominus ex sacris auctoritatibus praedictorum doctorum quod Romanus pontifex habeat plenitudinem potestatis in ecclesia. 22. Dicit enim Cyrillus, patriarcha Alexandrinus, in libro Thesaurorum quod « sicut Christus accepit a Patre ducatum et sceptrum ecclesiae gentium, ex Israël egrediens, super omnem principatum et potestatem, [super omne quodcumque est], ut ei omne <genu> curvetur, sic et Petro commisit et eius successoribus plenam potestatem ». 23. Et infra idem: « Nulli alii quam soli Petro Christus plenitudinem potestatis suae dedit ». 24. Et iterum idem infra: « Pedes Christi humanitas eius est, et ipse homo cui tota Trinitas plenissimam dedit potestatem, qui, unus de Trinitate <existens, humanitatem suam> assumpsit in unitate personae, transvexit ad Patrem, super omnem princi-

ποιμναινε scripsi: ποιμνε cod. ἦ ἐν scripsi: ἦν ἐν cod.

22. τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ σκῆπτρον: apud Thomam (p. 341 § 1121) et in Libello (p. 400^a, lin. 5-6) « dux et sceptrum », casu nominativo, sunt apposita nomini « Christus » et pronomini « ipse », bene, procul dubio; cf. Gen. xli 10. Graecum in hac parte servavit fr. Bonacursus Bononiensis O. P., in Thesauo veritatis fidei, ediditque F. H. Reusch, in Abhandlungen der k. bayer. Akademie der Wissenschaften, III Cl., XVIII Bd., III Abh., München 1889, p. 697 n. 14. Sed editor locum corruptum non intellexit et male interpunxit. Lege (n. 14 lin. 5) ἐπὶ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν ut ex Latino apparet, (cf. Eph. I 21), non ἐπὶ τὸ πᾶν τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ἐξουσίαν.

24. ὅλη Τριάς: « tota Trinitas », Libellus, recte (p. 400^b lin. 12); « tota aeternitas » apud Thomam, saltem in editis (p. 341 § 1121), male.

ἐνώσει, ἀνέφερε πρὸς τὸν Πατέρα ἐπὶ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν, ἵνα προσκυνῶσιν αὐτῷ οἱ ἅπαντες ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ. τὴν δ' ἐξουσίαν αὐτοῦ δέδωκε τῷ Πέτρῳ καὶ τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ ». 25. καὶ ὁ Χρυσόστομος λέγει εἰς τὰ σύμβουλα τῶν Βουλγάρων, ὡς ἐκ προσώπου Χριστοῦ φάσκων, « Σὲ ἐρωτῶ Πέτρε ἐὰν ἐμὲ ἀγαπᾷς, ὅτι φοβούμενος καὶ ἐντρομος γενόμενος ἐμὲ ἀπηρηγήσω· νῦν δὲ [f. 186] ἐπιστραφεῖς, ἵνα μὴ σε πιστεῦσωσιν οἱ ἀδελφοὶ τὴν χάριν καὶ τὴν ἐξουσίαν τῶν κλειδῶν ἀπολωλέκεναι, ὅτι ἀγαπᾷς με ἐγὼ πλησίον αὐτῶν σοὶ ἐπιστηρίζω ὅπερ μοὶ ἐστὶ πλήρες ». 26. ὡσαύτως τὰ τοιαῦτα ἐξοστρακίζονται ἐκ τῆς χρήσεως τῆς ἱερᾶς Γραφῆς. καὶ γὰρ ὁ Κύριος γενικῶς ἔφη τῷ Πέτρῳ « Ὁ ἂν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς ἔσται λελομμένος καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ ».

27. Ἔτι δέδεικται ὅτι ὁ Πέτρος ἐστὶ τοῦ Χριστοῦ βικᾶριος καὶ ὁ αὐτοῦ διάδοχος, ὁ τῶν Ῥωμαίων ἀρχιερεὺς, ἐν τῇ αὐτῇ ἐξουσίᾳ ἣ ἐδόθη αὐτῷ παρὰ τοῦ Χριστοῦ. 28. λέγει γὰρ ὁ κανὼν τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου. « Εἴ τις ἐπίσκοπος διαφημίζεται, ἐξουσίαν ἐχέτω ἐλευθέρην ἐκκαλεῖν εἰς τὸν μακαριώτατον ἐπίσκοπον τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, ὃν ἔχομεν πέτραν

patum et potestatem, ut adorent eum omnes angeli Dei. Sed potestatem suam dimisit Petro et ecclesiae eius ». 25. Et Chrysostomus dicit ad consulta Bulgarorum, ex persona Christi loquens: « Te interrogo an me ames, quia timidus et trepidus me negasti, nunc autem reductus ne credant te fratres gratiam et auctoritatem clavium amisisse, quia amas me, coram ipsis id tibi confirmo quod meum est plenum ». 26. Haec etiam extrahuntur ex auctoritate sacrae Scripturae; nam Dominus universaliter dixit Petro, *Quodcumque solveris super terram, erit solutum et in coelo*.

27. Ostenditur etiam quod Petrus sit Christi vicarius et eius successor Romanus pontifex, in eadem potestate ei a Christo collata. 28. Dicit enim Canon concilii Chalcedonensis: « Si quis episcopus praedicatur infamis, potentiam habeat liberam appellandi ad beatissimum episcopum antiquae

25. σύμβουλα: « consulta », Thomas, p. 342 § 1121 et Libellus, p. 404^b, lin. 3, sed satis inconsulte. Quid maxime lateat sub istis « consultis » nescio. Certe non in scripto libri, sed pars titulum scriptoris. Theophylactus enim (quem sub nomine Chrysostomi Thomas, Libelli vestigiis inhaerens, hic laudat), erat « archiepiscopus Iustinianae Primae et totius Bulgariae, magistri rhetorum munere Constantinopoli functus » ut habet inscriptio Vitae Clementis, archiepiscopi Bulgarorum, ab eo scriptae; P. G., t. 126, col. 1194. πλησίον (coram) scripsi: πλέον(?) cod.

28. ἐκκαλεῖν (appellare) scripsi: ἐγκαλεῖν (accusare) cod. Verbum ἐκκαλεῖν (seu ἐκκαλεῖσθαι) regit accusativum. Habuerit Libellus: ἐξέστω αὐτῷ τὴν κρίσιν ἐκκαλεῖν εἰς τὸν μακαριώτατον...; unde Latinum (Libellus, p. 397^b lin. 2-4): « libertatem habeat *sententiam appellandi* ad beatissimum... ». Male apud Thomam, saltem in editis (p. 342 § 1122) « *liberam habeat sententiam appellandi* ». Hinc noster vertit ac si « *sententiam* » iunctum cum « *liberam* » idem sonaret ac « *potestatem* ».

καταφυγῆς τοῦ Πέτρου, καὶ ὁ αὐτὸς μόνος ἐχέτω ἐξουσίαν καὶ δικαίωμα ἐλεύθερον ἀντὶ τοῦ Θεοῦ διακρίνειν τῶν ἐπισκόπων τὰ ἐγκλήματα, κατὰ τὰς κλεῖς ἀπὸ τοῦ Κυρίου αὐτῷ δοθείσας. 29. καὶ κάτωθεν τῶν αὐτῶν « Πάντα τὰ διορισθέντα [f. 186^v] παρ' αὐτοῦ στεργέτωσαν, ὡς ἀπὸ τοῦ βικαρίου τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου. 30. καὶ Κύριλλος, ὁ τῶν Ἱεροσολύμων πατριάρχης, ἐκ μέρους Χριστοῦ λαλῶν πρὸς τὸν Πέτρον ἔφη: « Σὺ μετὰ τέλους καὶ γὰρ ἀτελεύτητος, μετὰ πάντων οὐδ' ἐν τῷ τόπῳ σου θήσω, πλήρει καὶ τελείῳ μυστηρίῳ καὶ ἀρχηγία εἶτον χρήσει μετ' αὐτῶν ἔσομαι καθὼς εἰμι μετὰ σοῦ ». 31. καὶ Κύριλλος ὁ Ἀλεξανδρείας ἐν βιβλίῳ τῶν Θησαυρῶν λέγει ὡς « οἱ ἀπόστολοι ἐν Ἐὐαγγελίοις καὶ Ἐπιστολαῖς αὐτῶν ἐβεβαίωσαν, ἐν πάσῃ διδαχῇ τὸν Πέτρον εἶναι ἐν τόπῳ Κυρίου καὶ τὴν αὐτοῦ ἐκκλησίαν, τῷ αὐτῷ δόντες τόπον ἐν πάσῃ συνάξει καὶ καπιτωλίῳ, καὶ ἐν πάσῃ ἐκλογῇ καὶ ἐπιστηρίξει ». 32. καὶ παρακατιὸν « ᾗτινι » δηλαδὴ Πέτρῳ « ἅπαντες θείῳ δικαίωματι τὰς κεφαλὰς κλίνουσι, καὶ οἱ πρωτοῦξαρχοὶ τοῦ κόσμου ὡς αὐτῷ τῷ κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ ὑπακούουσι ». 33. καὶ ὁ Χρυσόστομος ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Υἱοῦ λέγει τῷ αὐτῷ Πέτρῳ. « Ποίμανε τὰ πρόβατά μου » τοῦτ' ἔστιν ἀντ' ἐμοῦ προϊστάσο τῶν ἀδελφῶν ». [f. 187].

Romae, quem habemus petram Petri refugium, et ipsi soli libera potestas loco Dei sit et ius decernendi episcoporum crimina, secundum claves a Domino sibi datas ». 29. Et infra: « Omnia definita ab eo teneantur tanquam a vicario Apostolici throni ». 30. Et Cyrillus, Hierosolymitanus patriarcha, ex persona Christi loquens dixit: « Tu cum fine et ego sine fine, cum omnibus quos loco tui ponam, pleno et perfecto sacramento et <potestate vel> auctoritate cum eis ero sicut sum [et] tecum ». 31. Et Cyrillus <Alexandrinus> in libro Thesaurorum dicit quod « apostoli in Evangeliiis et Epistolis eorum affirmaverunt in omni doctrina Petrum esse loco Domini et eius ecclesiam, eidem dantes locum in omni capitulo et synagoga, in omni electione et confirmatione ». 32. Et infra: « Cui » scilicet Petro « omnes iure divino caput inclinant, et primates mundi tanquam ipsi domino Iesu Christo oboediunt ». 33. Et Chrysostomus tanquam ex persona Filii [loquens] dicit <eidem Petro>: « *Pasce oves meas*, id est loco mei [epistata, id est] praepositus esto fratrum ».

30. *χρήσει*: Male *ἀρχηγίαν* explicat per *χρησιν*. Hoc enim nomen non habet duplicem illam significationem quam habet apud Latinos medii aevi scriptores nomen « auctoritas ».

31. *ἐκκλησίαν* noster recte cum Thoma (p. 343 § 112), et cum codice Libelli. Male « ecclesiae » in edito Libello, p. 400^a. *ἐπιστηρίξει*: aut legit « confirmatione » ubi Thomas et Libellus in editis habent « affirmatione », aut huic substantivo eundem sensum tribuit ac « confirmationi ». Recte quidem: *confirmantur* electi, non *affirmantur*.

32. Πέτρῳ scripsi: πρώτῳ cod. ὑπακούουσι scripsi: ὑπακούωσι cod.

34. Ὅτι δὲ πρὸς τὸν ἀρχιερέα τῶν Ῥωμαίων ἀνήκει τὰ τῆς πίστεως διορίζειν φάσκει ὁ Κύριλλος, ὁ Ἀλεξανδρέων πατριάρχης, ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν Θησαυρῶν « ἵνα ὡς μέλη μένωμεν πρὸς κεφαλὴν τῷ ἀποστολικῷ θρόνῳ τοῦ τῶν Ῥωμαίων ἀρχιερέως ἡμέτερόν ἐστι ζητεῖν παρ' αὐτοῦ τί πιστεύειν, τί κρατεῖν ὀφείλομεν ». 35. καὶ ὁ μέγας Μάξιμος ἐν τῇ ἀποσταλείσῃ παρ' αὐτοῦ ἐπιστολῇ πρὸς τοὺς Ἀνατολικούς λέγει « πάντα τὰ ὄρια τοῦ κόσμου τὰ εἰλικρινῶς τὸν Κύριον καταδέξαντα, καὶ πανταχοῦ οἱ καθολικοὶ οὔτινες τὴν ἀληθῆ πίστιν ὁμολογοῦσι, πρὸς τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐκκλησίαν ὡς εἰς ἥλιον ἀποβλέπουσι, καὶ ἐξ αὐτῆς φῶς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς πίστεως λαμβάνουσι ». 36. καὶ οὐ θαυμαστόν. καὶ γὰρ ὁ Πέτρος ἀναγινώσκεται ὡς πρῶτος τὴν ἀληθινὴν πίστιν ἀποκαλύπτωντος τοῦ Κυρίου ὠμολόγησεν, ἐν τῷ εἰπεῖν αὐτόν « Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος ». 37. ὅθεν καὶ αὐτῷ ὁ Κύριος εἶρηκεν « Ἐγὼ ἐδεήθην περὶ σοῦ, Πέτρε, ἵνα μὴ ἐκλίπῃ ἡ πίστις σου, [f. 187^v] καὶ σὺ ποτε ἐπιστραφεὶς στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου ». 38. πρὸς τὸν διάδοχον τοιγαροῦν τοῦ Πέτρου ἀνήκει τοὺς ἄλλους διορθεῖν τε καὶ διευθύνειν, οὐ μὴν ἀφ' ἐτέρων διορθοῦσθαι αὐτόν. 39. ὅθεν καὶ ὁ Κύριλλος λέγει ὅτι « αὐτοῦ », τοῦ ἀποστολικοῦ δηλαδὴ θρόνου τοῦ τῶν Ῥωμαίων ἀρχιερέως, « μόνου ἐστὶν ἐλέγχειν, διορθοῦν, καθιστᾶν, διατίθεσθαι, λύειν τε καὶ δεσμεῖν ». 40. καὶ ὁ Χρυσόστομος εἰς τὰς Πράξεις τῶν ἀποστόλων λέγει ὅτι « ὁ Πέτρος ἐστὶ κορυφαῖος

34. Quod ad Romanum pontificem pertineat quae fidei sunt determinare dicit Cyrillus, Alexandrinorum patriarcha, in libro Thesaurorum: « Ut ut membra maneamus in capite nostro, apostolico throno Romani pontificis, ab eo nostrum est quaerere quid credere [et] quid tenere debemus ». 35. Et <magnus> Maximus in epistola Orientalibus <ab eo> directa dicit: « Omnes fines orbis qui Dominum sincere receperunt et ubique terrarum catholici veram fidem confitentes in ecclesiam Romanorum tanquam in solem respiciunt, et ex ipsa lumen catholicae et apostolicae fidei recipiunt ». 36. Nec mirum. Nam Petrus legitur primus veram fidem esse confessus, Domino revelante, cum dixit: *Tu es Christus, filius Dei vivi*. 37. Unde et eidem Dominus dixit: *Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua*. <Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos>. 38. Ad successorem igitur Petri pertinet alios corrigere et dirigere, non autem ab aliis ipsum corrigi. 39. Unde et Cyrillus dicit quod « ipsius » scilicet apostolici throni Romani pontificis, « solius est reprehendere, corrigere, statuere, disponere, solvere et [loco ipsius] ligare, [qui ipsum aedificavit]. 40. Et Chrysostomus super Actus Apostolorum dicit quod « Petrus

34. μένωμεν scripsi: μένομεν cod.

35. καταδέξαντα scripsi: κατεδέξαντο cod.

40. κορυφαῖος scripsi: κυφᾶς cod. χοροῦ (chori): throni, Thomas et Libellus in editis.

ἀγνώτατος τοῦ ἀποστολικοῦ χοροῦ, καὶ καλὸς ποιμὴν ». 41. διὸ καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Κύριος· « Σὺ ποτε ἐπιστραφεὶς στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου ». 42. οὕτως γοῦν ἐχοῦσης τῆς ἀληθείας, ποία ἀλαζονεία τολμῶσί τινας τῶν Χριστιανῶν ὡς ἀνυπότακτοι υἱοὶ τῶν αὐτῶν διδάσκαλον καὶ πατέρα καὶ διορθωτὴν ἐλέγχειν, ἤγουν τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας ἀρχιερέα, καὶ ἑαυτοὺς εἰς ἴδιαν κατάκρισιν ἐκ τῆς αὐτοῦ ὑπακοῆς ἀποχωρίζειν, ὡσεὶ ἂν εἴεν ὑποτακτῆται ἀντάρται; 43. καθ' ὧν φησι Κύριλλος ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν Θησαυρῶν. [f. 188] « Ἀδελφοί μου, ἐὰν μιμηταὶ Χριστοῦ ἔσμεν, ὡς πρόβατα αὐτοῦ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούσωμεν, μένοντες ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Πέτρου, καὶ μηδὲν φροσώμεθα ἀνέμῳ ἀλαζονείας, ἵνα μὴ ὁ ἐμπειλεγμένος ὄφεις ἐνεκεν τῆς ἡμετέρας ἀλληλομαχίας ἡμᾶς ἐκβάλλῃ, ὡς ποτε τὴν Ἐῤῥαν ἐκ τοῦ παραδείσου ». 44. καὶ ὁ Μάξιμος ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς τοὺς Ἀνατολικούς φάσκει· « Συναγμένην καὶ τεθεμελιωμένην ἐπὶ τὴν πέτραν τῆς ὁμολογίας τοῦ Πέτρου λέγομεν τὴν ἅπασαν ἐκκλησίαν, κατὰ τὸν ὅρον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ἐν ᾗ ἀναγκαῖον τὴν σωτηρίαν τῶν ἡμετέρων ψυχῶν μένειν, καὶ αὐτῇ ὑπακούειν, τῆς αὐτῆς φυλάττοντες πίστεως ὁμολογίαν ». 45. Τούτων τοιῶσδε προτεθέντων φανερόν ὡς τῷ μόνῳ Χριστῷ καὶ τῇ Ῥωμαϊκῇ ἐκκλησίᾳ διὰ ἀκολουθίας ὁμολογίαν τῆς πίστεως καὶ τῆς ὑπακοῆς προσκολλητέον καὶ ὅστις ἄλλο πιστεύσει, κρατήσῃ, ἢ δογματίσαι τολμήσῃ, ἔσται κατὰ τοὺς ὅρους τῶν ἁγίων διδασκάλων μετὰ τῶν

est vertex sanctissimus apostolici chori <et> pastor bonus ». 41. Propterea quoque dicit ei Dominus: *Tu aliquando conversus confirma fratres tuos*. 42. Sic itaque se habente veritate, quali superbia audent quidam Christianorum, ut inoboedientiae filii, suum doctorem et patrem et correctorem reprehendere, Romanae scilicet ecclesiae pontificem, et semetipsos ad suam damnationem ab eius oboedientia separare, quasi sint subditi rebelles? 43. Contra quos dicit Cyrillus in libro Thesaurorum: « [Itaque] fratres, si Christum imitatur, ut ipsius oves vocem eius audiamus, manentes in ecclesia Petri, et non inflemur vento superbiae, ne forte tortuosus serpens propter nostram contentionem nos eiiciat, ut Evam olim, de Paradiso ». 44. Et Maximus in epistola Orientalibus directa dicit: « Coadunatam et fundatam super petram confessionis Petri dicimus universalem ecclesiam, secundum definitionem Salvatoris nostri, in qua necessarium salutem animarum nostrarum est remanere, et ei oboedire, suam servantis fidei confessionem ».

45. His itaque propositis manifestum est quod soli Christo et ecclesiae Romanae per confessionem obsequii fidei et oboedientiae inhaerendum sit, et quicumque aliter credet, tenebit <et dogmatizare audebit>, erit secundum

43. Φροσώμεθα scripsi: φροσώμεθα cod.

45. ὅστις scripsi: ᾧ δε (?) cod.

ἀπο [f. 188^v] στατησάντων ἀγγέλων καὶ τῶν ἀποδοκιμασθέντων ἀνθρώπων κατακριτέος. 46. διὰ τε τοῦτο νοηθεῶ σε, ὃ ὑπερυψηλότατε καὶ αἰθριώτατε βασιλεῦ, ἵνα τῷ ὑποδείγματι τοῦ πατρὸς τῆς βασιλείας σου παρέξῃς ἔργον ἐνεργετόν, ὡς τὸν ὑποτασσόμενόν σου λαόν, διὰ σκληρᾶς ὁδοῦ παροδεύοντα, δυναθείης λόγῳ καὶ ἔργῳ καὶ ὑποδείγματι κατευθῆναι πρὸς σωτηρίαν, ἐξελὼν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὠρομένου λέοντος, καὶ οὕτως πρὸς τὰς αἰωνίους σκηναὶς τῆς διαικονιζούσης εὐδαιμονίας ἀνακαλέσαι. 47. ἅπερ σοι παρέξῃ ὁ αὐτὸς Ἰησοῦς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὃς μετὰ Πατρὸς καὶ Πνεύματος ἁγίου ζῆ καὶ βασιλεύει εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

definitiones sanctorum doctorum cum apostaticis angelis et reprobis hominibus damnandus. 46. Propterea moneo te, superexcelsissime et serenissime imperator, ut exemplo patris imperialis maiestatis tuae exhibeas opus operosum, ut subditum tibi populum, per viam duram errantem, possis verbo et opere et exemplo dirigere ad salutem, eripiens eum a leone rugiente, sicque ad aeterna tabernacula perpetuae beatitudinis revocare. 47. Quod ipse tibi praestet Iesus Filius Dei vivi, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per infinita saecula saeculorum. Amen.